



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm  
Capitum secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 3167**

Scio cui credidi &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36308**

AD

timiditatis,  
constan-  
tionem tan-  
in confes-  
confessionis,  
ra authori-  
alibi inqui-  
gelij. Sicut  
gentem da-  
etos, & u-  
summorum  
uirtute, all-  
um statut-  
n esse. Ad  
capite 13.

T I M O T H : C A P . I . 86

quam esse causam uel meritum remissionis pecca-  
torum seu reconciliationis, sed dicit nos secun-  
dum propositum Dei & gratiam saluari & uo-  
cari. Intellige gratiam gratuitam misericordiam  
Dei erga nos promissam propter filium, sicut se-  
piissime loquitur Rom: 5. Multò magis exuberat  
gratia & donum per gratiam uel in gratia. Vbi  
gratia significat relativè gratuitam acceptatio-  
nem, Donum uero significat donationem Spiriti-  
tus sancti, nouam & eternam iusticiam & ui-  
tam.

Complebitur enim integra beneficia, nec fili-  
us Dei sic tantum aufert peccata, ut non imputet,  
& tamen natura maneat in his fôrdibus & in  
morte, sed reipsa aufert, cum restituit uitam æter-  
nam.

Scio cui credidi &c.

Hic mouentur disputationes de dubitatione,  
An conuersus beat manere in dubitatione,  
utrum habeat remissionem peccatorum, & an  
sit in gratia? Hic plane respondendum est, Quan-  
quam naturaliter heret in hominibus dubitatio,  
tamen certissima doctrina est, & uox Euangeli  
perspicua, conuersos oportere uincere dubitatio-  
nem, & statuere quod habeant remissionem pec-  
catorum, & sint in gratia.

Ideo

II. EPISTOLA AD

Ideo enim promissiones diuinitus traditae sunt, ut naturalis dubitatio tollatur, et non credenti seu manenti in dubitatione promissio innata sonitus est, Ideo Paulus inquit ad Romanos capite quarto. Ideo ex fide Gratis, ut sit firma promissio. Hæc fides opposita est dubitationi, iuxta illud ad Romanos capite quinto, Iustificati Fide pacem habemus et accessum ad Deum. Quanquam autem sentitur trepidatio, tamen sciant corda dictum in Marco capite nono, Credo DOMINE, sed opem fer diffidentie nullam. Sic petamus et nos confirmari, iuxta illud: Quantò magis dabit pater cœlestis SPIRITVM SANCTVM potentibus, et hæc des intueatur promissionem, et crescat in incubatione. Hoc cum fit, consolatio ipsa in nobis est testimonium, quo agnoscimus nos liberari ex morte æterna, de qua consolatione inquit Paulus ad Romanos capite octauo. Accepisti Spiritum clamantem Abba pater. Hic spiritus dat testimonium spiritui nostro, quod simus filii Dei. Et in hanc sententiam ait Augustinus: Credens se credere.

Verum est autem Prophetas et Apostolos habuisse singularia testimonia, quæ ei in proprio ministerium, et propter auditores ipsis data sunt.



tamen etiam ipsos priuatim confirmant, & tam  
men ipsorum fides nitebatur non illis donis &  
miraculis, sed misericordia propter filium Dei  
promissa.

Quærunt Monachi hanc certitudinem non  
in promissione, sed in qualitatibus suis, Vbi cum  
inueniant immundiciem, iubent manere in du-  
bitatione. Contra uero sciendum est, fidem in-  
tueri promissionem, non qualitates nostras, si-  
cut recte dictum est ab Augustino: Totius fidu-  
cie certitudo esse debet in precioso sanguine  
Christi.

*Formam retinetō sanorum  
verborum.*

Repetit praeceptum de conseruanda puritate  
doctrinæ, quod sepiissime in diuinis concionibus  
recitatur. Et summa comprehensa est in hoc  
dicto: Si quis aliud Euangelium docuerit, ana-  
thema sit. Usus est autem Paulus hic singulari  
uerbo: *Retineas formam sanorum  
verborum*, id est, quæ tibi antea delineata  
est. Vult & res ipsas retineri, & modos loquen-  
di perspicuos, & usitatos Prophetis & Apostolis.

Quan-